

praefatum Ducatum Curlandiae et Semigalliae
antiquitus incorporatum et adjectum ad corpus Rei-
publicae cum omnibus attinentiis et contingentibus
suis antiquis ad Regnum Poloniae et M. D. L.
adjungimus et incorporamus, pro mutuis et indivi-
sis incolis Regni et M. D. L. prius susceptos succi-
pimus cum Juribus Privilegiis et Libertatibus illis
antea concessis, ad omnia Jura, honores, prerogati-
vas et libertates Regni et M. D. L. admittimus pariter
admittimus, mutuis viribus, auxiliis, exercitiis to-
tius Reipublicae contra omnes usurpationes et quosvis in-
sultus hostiles protegere, defendere et intercedere ap-
promittimus. Insuper prout omnem prorsus novi
Principis infeudandi substitutionem, post fata su-
praefati Ducis Ferdinandi in casum deficientis
Stirpis masculae in perpetuum excludimus et abro-
gamus, ita attentata praeterita omnia contra in-
hibitiones, Mandata et Rescripta Nostra, signan-
ter usurpata in debite ultimi conventiculi cum om-
nibus Actibus sese in materiam eventualis suc-
cessionis ingerentibus tollimus, cassamus, et illa
pro invalidis ex vitio nullitatis et insubsistentiae
materialis, stante pro nunc directo et supremo,
in futurum autem utili et immediato. Domino
Nostro et Reipublicae perpetua et irrevocabili
Leyce declaramus. Et quia comes Mauritius in-
obediens Mandatis nostris et voluntati Reipu-